

/ Illustris, et admodum Reverende Domine. Compatior ex animo
D.V. et mox ut habui literas vestras, et memoriale directum Sanc-
tissimo Patri Paulo Pont. Max. adii Sanctitatem suam, et commenda-
vi personam vestram, relicto in manibus eius memoriali. Respondit
5 pontifex, se commisisse Nuncio suo, qui est apud archiducem, ut
diligenter informet de toto negotio.

Audio Dominationem vestram non admodum bene se gerere cum Pa-
tribus Societatis; tentatio haec est non parva, quòd operarii vi-
neae Domini sint inter se ita divisi, ut alii alios impedian. Et
10 fortasse tribulatio, quae Dominationem vestram nunc invenit, à
divina providentia immissa est ex occulto suo iudicio. Ego nihil
affirmo, neque enim ex relationibus iudicare debeo. Hortor autem,
ut filium quondam meum, et quidem charissimum, ut si quae est culpa
in Dominatione vestra, eam mature diluere curet: sic enim aperie-
15 tur via, qua per Dei gratiam praesenti calamitati remedium adhi-
beatur. Valeat Dominatio vestra mei memor in orationibus suis.
Datum Romae 29 januar. 1607.